

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Acceptio personarum i
cum fonte primo

Iudicare digne de subditis nequeunt
qui in subditorum causis
non merita sed odium uel gratiam consequuntur.

Gregorius in omelia.

Saepe fit ut erga quemlibet proximum
odio uel gratia moueatur pastor;
iudicare autem digne de subditis nequeunt,
qui in subditorum causis
sua uel odia uel gratiam sequuntur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,
2.26.5 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.222, ll.108-
111).